



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri Raymundi

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Confessio potest iterati

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Summula Raymundi

ras et idoc. tunc dicitur transire ad alium magis scientem. sic quod si fiat cum licentia pro-
plebani. et si ipse non dederit tibi licentiam tunc potes cape licentiam a superiori. sicut
quod spernit penam iniunctam sibi pro peccatis suis. talis dicitur illa peccata rursus proferat
et etiam ille qui fuit in voluntate sua peccata velle iterare. ille illa peccata iterato
dicitur proferri. Subdit quod in articulo mortis alicuius infirmi nullus presbyter dicitur
illi penam iniungere. sed potest illi dicere quod agere debeat si voluerit et poterit illi
dicere quod si veniat de illo morbo quod veniat ad ipsum. Subdit quod illa quartus
quod. missa. preces. elemosyna. et ieiunia absoluunt animas de purgatorio.

¶ Primo notandum quod in quibus casibus aliis potest iterare confessionem. Primo
si prius sacerdos est ignarus. Secundo si prius sacerdos non habuerit aucto-
ritatem. Tercio si iterum proponit peccare. Quarto si diuidat confessionem. Quinto
si penitentiam sibi iniunctam non seruauit.

Triplex penitentia

¶ Secundo notandum quod triplex est peccatum. scilicet in deum. in proximum. et in semetipsum
ista tria peccata habent tria opera satisfactoria. sicut sunt orationes. elemosyne. et ieiun-
nia. quod qui peccat in deum potest satisfacere per orationes. quod per orationes aliis reconciliatur
deo. Sed qui peccat in proximum potest satisfacere per elemosynas dando eas pauperibus
et primo suo. Sed qui peccat in semetipsum potest satisfacere per ieiunia et macer-
ationem corporis. Sic eodem modo in penam tria occurrunt. primo culpa delet. secundo
gratia diuina infunditur. tertio peccatum remittunt. et sic istis tribus correspondet
tria opera satisfactoria. scilicet elemosyna. oratio. et ieiunium. nam delectationi culpe corres-
pondet oratio. quod oratio fit ad delendam culpam. sed infusione gratie corrumpit elemosy-
na. sed remissioni peccati corrumpit ieiunium et corporis maceratio.

Satisfactio triplex

¶ Tercio notandum. sicut dicitur. quod illa quattuor. missa. preces. etc. valent ad satisfac-
tionem. Pro quo notandum quod satisfactio est triplex. quod est propria et voluntaria. quod
1. dicitur voluntaria tamen. et quod est propria et non voluntaria. Satisfactio propria et volunta-
ria fit ista quam facimus in presenti vita pro peccatis nostris. nam dicitur propria. quod pro nos-
2. trismetipsum fit. et dicitur voluntaria. quod homo voluntarie facit eam. Secunda est voluntaria et
non propria. et ista quam nos facimus pro redemptione animarum in purgatorio exstitur
quod anime exstantes in purgatorio iuuant suffragiis amicorum et christifidelium. et sic
est voluntaria et non propria. quod homo voluntarie facit. sed non pro semetipso. et sic non est pro-
3. pria. Tercia est propria et non voluntaria. et est illa quam anime faciunt in purgato-
rio exstantes. et dicitur propria. quod pro peccatis propriis sustinent. sed non est voluntaria. quia
si cum velle eorum esset tunc licentius ipsam non vellent habere.

Numero per rationem

¶ Item nota. sicut dicitur. quod dona seu elemosyne. orationes et ieiunia valent pro redem-
ptione animarum in purgatorio exstantium. Pro quo est notandum. quod omnia peccata mundi re-
ducuntur ad tria. scilicet ad superbiam. auariciam. et luxuriam. vnde Iohannes in canonica sic in-
quit. Omne enim peccatum aut est concupiscentia carnis. aut concupiscentia oculorum. aut
superbia vite. Concupiscentia carnis est luxuria. et ad illam reducit gula. Sed con-
cupiscentia oculorum est auaricia ad quam reducit accidia. Tercium peccatum est super-
bia vite. ad quam reducuntur ira et inuidia. sed de istis tribus modis possu-
mus satisfacere per tria opera satisfactoria. scilicet per ieiunium. orationes. et elemosynam. quod
per orationem satisfacimus peccato superbie. sed per elemosynam satisfacimus peccato auar-
icie. sed dando spiritibus pauperibus. sed per ieiunium satisfacimus peccato luxurie et ex-
sequenti gule. Sed ad propositum si anime sunt in uoluntate his tribus peccatis tunc bonum
est ut subueniamus eis his tribus. scilicet oratione. elemosyna. et ieiunio ut cito
tunc liberentur a purgatorio. quod in quantum plus impendimus eis suffragia tanto